

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0104

LOG Titel: De Falcone Rubeo. Cap. XII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE FALCONE RVBEO. Cap. XII.



Vod neq. venatus, neq. volatus laborem diu toleret hic Falco rubeus, qui quòd, *Ordo:*
& institutu difficilem admodum sese præbear, itaq. alijs Falconibus meritò ce-
dit, licet aliqui dicant, Falcones hos minores quidem corpore esse, dociliores ta-
men. Cum verò & veloci satis sit volatu, & cum animo intrepido robor corpo-
ris coniunctum habeat, quare harum dotum merito Cynopodibus & Hybridis
bus, utpote qui apertè à Falconibus generosis degenerant, anteponi dignus est.

N O M I N A.

F Alco rubeus à guttarum seu norularum, quibus distinguitur rubro colore, ut vult Alber- *Nominis:*
tus, Priscis dictus est: Italis Falcone rosso, Gallis Faucon rouge, Germanis Roterfal- *ratio.*
ck, Belgis roode Valck.

D E S C R I P T I O. T E M P E R I E S.

F Alco hic à Petro Crescentio in numero maiorem Falconum ponitur. & Alberto tamē *a L. 10. c. 9*
non magnus, at Peregrino minor esse dicitur: à quo etiam in hæc verba describitur *b L. 23. c.*
Rubeus hic Falco à priscis appellatur, nō quòd totus rubeat, sed quia guttæ in cæteris *12. Magni:*
albæ, in hoc genere sint rubræ & nigræ, sicut in alijs non sunt interpositæ, nec in dorso, nec *tudo.*
exteriore alarum parte. Non autem apparet rubere, nisi cum alas exerit: Tunc enim fusca ap-
paret in eis rubedo. Hoc genus Falconum perperam & absurdè quidam ex Lanario rubeo, &
Falcone procreari dixerunt, cum nulla in re, præterquam colore cum Lanario conveniat. Est
autem rubedinis in eo causa, calor debilis potius infusus in superficiem corporis, & inflam- *Ex Lana-*
mans fumosum humidum, quod excernitur ad generationem pēnarum. Et hoc facit media in *rio nō na-*
ter album & nigrum temperies. Quamvis enim etiā alij colores medij sint, & in quibusdam *sci.*
aubus reperiantur, ut viridis, hyacinthinus, croceus, & similes, Falconum tamen generi, & au-
daci, rapaciq. naturæ, & volatus agilitati non congruunt. Nam viridis ferè frigiditatem arguit
hyacinthinus aeream & euanidam temperiem, & croceus bilem corruptentem. Hic Falco et- *Fortitudo.*
si non magnus, & Peregrino minor, vnguibus tamen, pedibusq. & rostro fortis est.

L O C V S.

T Radit Tardius Falconem rubeum in locis planis & palustribus inueniri. Apud Moscoui-
tas Falcones phœniceos esse refert Sigismundus Baro.

V O L A T V S.

Perquam agili, authore Alberto, est volatu, sed non satis diu perseverante. Penna enim
rubea, ut idem ait, mollior est, nec diū volandi impetū sustinet, quin frangi periclitetur.

M O R E S. V E N A T V S.

A Vdax est, difficulter regitur, si Tardius credimus. Albertus verò cicurem admodum
fieri ait. Quamvis & hic ipse ad aucupium non debere cogi supra modum moneat.
Temperies enim, inquit, rubea facilè vincitur, & lædatur labore, quamvis facilè fa-
ciat impetum à principio. Et quoniam ad leues occasiones alteratur, cautius cum eo agendum,
ne temperamentum eius afficiatur. Melior efficitur post secundam, aut tertiam mutationem pē-
narum. A Etas enim accedens & humores calidos remittens, non parum iuvat temperamentū,
& præcipuè per mutationem pennarum.

Æ T A S. E N V T R I T I O.

76

Cardes.

VIta, vt aſſerit Albertus, eſt minus lōgā, quā reliqui Falcones. Quamobrem nutrirī debet, inquit, carnibus planē recentibus & adhuc calore ſpirantibus, non nimis tamen, neq. ſæpius in die, ſed manē & veſperi tantum. Et quoniam leuiſſima quouis de cauſa alteratur, offenditurq. cautē tractandus, ne temperamentum eius damnum pariat. Hunc macilentum ſerpare iubet Creſcentienſis. Ita enim melius aucupari ſeu venari affirmās, cū quidā mediocri habitu, alij verō cū obeli ſunt, alacriores ſeſe præbeant. Et Tardius, qđ ægrē inſtrui, ac regi ſe patiatur, licet audax ſit, vult, antequā ad volatum. & venatum emittatur, ter cum exinaniri ſeu extenuari, purgariū, vt vulgō aūt, offulis ē pelle Gallinacea aqua prius elota, atque vbi ſas dederis, ſingulis vicibus calefactum in locum opacum aliquantiſper poſponi.

*Purgatio.*DE DVOBVVS FALCONIBVS
Rubris alijs Indicis. Cap. XIII.

*Alberto
rubeus fal
co cur di
ctus.*

LICET his duobus Falconibus exoticis, quorum hic icones exhibemus, proprium ac peculiare caput, tanquam ſpecie, omni dubio procul a Falcone rubeo Alberti differentibus dicare iuſſe potuiſſemus. Quā verō ob colorem, quocum rubeo dicto ſimilitudinem habent, non alio apriori, quā Falconis rubei (adjecto interim a patria ad diſcrimen cognomine) donari nomine videntur, itaque eos huc referendos duximus, præſertim cū hoc nominis iuſtitia multō quā Alberti Falco poſſidere debeant. Nam ille ipſomet teſte, ob guttas tantummodō quaſdam, quibus reſpergitur rubras, id nominis ipuenit. Hi parte anteriore tota, & alijs internis rubēt, adeo vt qui pronos inſpiciat, præter colorem rubeum ferē nihil videat.

30

D E S C R I P T I O.

Magnitudo.

Matēſſe.

PRior horum Falconum altero multō maior eſt, eumq. tertia plus minus parte ſuperat, vnde ſi quid coniectura aſſequi poſſum, cū in rapacium genere ſæminæ grandiores, ac ſpecioſiores, venatuiq. aptiores ſint, mares verō ob hāc ipſā cauſam Tertiarij dicantur, qđ tertia parte ſere ſæminis ſint minores, itaq. hunc ſæminā illū verō marē eſſe credim. Adde quod exigua inter vtrūq. eſt diuerſitas, ea excepta, quod ſaturatior in maſculo color eſt, ob calorem. ſ. maiorem, qui & corporis argumento obicem ponit; ſed hoc clariſſe ex peculiari vtriuſq. deſcriptione innoſceſcet. Hic itaque maior capite eſt, vertice lato. ac ſerē plano, nulla occipitis vt in quibuſdam videtur, eminentia. Color capiti cinereus ad fuſcum tendens, cuiuſmodi etiam eſt colli dorſi totius, necnon alarum exteriorum. Roſtrum ei admodum craſſum, quā capiti contiguum ſuperius, & inferius vniuerſum luteum eſt, vincto mediocri eſt, ac cinereo, qualis coloris, & tota eſt ea anterior roſtri pars, quam nudam nulla membrana lutea inueſtit. Oculi pupilla nigerima, iris fuſca, obſcuro hætico colore inſerta. Membrana ciliorum in ambitu lutea. Ab exteriori ac minori oculorum cantho, vtrinq. macula oblonga ducitur, eodem, quo pectus, colore imbuta. Pectus vniuerſum & alarum, vt videbatur, interiorū ſuperior pars, venter quoq. & vropygium, necnon coxæ femoraq. fulua planē tota rubēt cinnabarino remiſſo. Mentū tamen in hoc rubeo colore, macula oblonga cinerea, quæ infernē deſinit, diſtinguitur. Peduſ quoq. ei uſdem coloris notulis anteriori ſterno raris reſpergitur. Latere etiam quæ à medijs alijs complicatis integuntur, ſimili colore cinereo fuſco tinguntur. Alæ longiſſimæ extremis apicibus vltra mediam longē caudam porriguntur, extremo ſerē dorſo ſibi mutuō de cuſſatim incumbentes. Cauda enim oblonga, cuius pennæ ſingulæ alternis ſpatijs, modō nigris hemycycli forma anguſtioribus, modō cinereis ampliſſimis variāt. Crura, pedesq. lutea ſunt, craſſiſſi ſaus, robuſtaque. Ungues nigri, acutiſſimi.

Color.

Roſtrum.

Oculi.

Pectus.

Mentum.

Ala.

Cauda.

Crura.

Pedes.